

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

---

Johann Cothmann

**Programma In funerum deductione Annulae & Johan-Friderici Cochen/ ... Viri Dn.  
Caspari Cochis/ I.U.L. & Iudicii Provincialis Megapolensis Advocati ... affixum**

Rostochi[i]: Pedanus, 1627

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn77743458X>

Druck    Freier  Zugang



Gothman, J.,

in A. et J. Coch.

R. 1627.







PROGRAMMA  
In funerum deductione,  
**ANNULÆ & JOHAN-**  
**FRIDERICI Cochen/**

*Consultissimi ac Clarissimi Viri*

**DN. CASPARI Coch<sup>s</sup>/ J. U. L.**  
& Judicij Provincialis Megapolensis  
Advocati vigilissimi liberorum  
dulcissimorum,

*affixum.*



**ROSTOCHI**  
*Literis JOACHIMI PEDANI, Acad. Typ.*

*Anno M. DC. XXVII.*

ПОДАРУМЪ  
въ память деброй жизни  
АМЕЛИЯ ИОАНН  
ФРИДРИХ  
Софии и Елизаветы  
ДН. ГАСПАРІ ГОДА Т.І.  
г. Ізміл Поляцкій Міської  
адміністрації  
документа



Родосто  
Ізмаїльським Польським  
документамъ

48.



Rector Academiae Rostochiensis  
JOHANNES COTHMAN  
S. S. Theologiae Licentiatus &  
Professor.



GE popule mi intra in concla-  
via tua, & occlude forces tuas ti-  
bi. latita quasi exiguo momen-  
to, donec præterierit indignatio.  
Nam ecce Jehova proditurus  
est e loco suo, ad animadverten-  
dum iniquitatem habitatoris  
terræ in eum, & reteget terra cæ-  
des suas, neque obteget ultra in-  
terfectos suos. Locus hic ex propheta Eliaia desum-  
ptus optimè temporibus nostris, in quibus vivimus  
calamitosissimis accommodari potest. Quemadmo-  
dum enim tunc, ingruentibus sævis persecutionum ac  
bellorum motibus ac tempestatibus maximis, quibus  
summa imis miscebantur, propheta ad consolando  
& erigendos auditorum suorum animos, argumen-  
tum ducit à divino præsidio ac protectione. Ita ad  
nostrorum quoque animorum inquietudinem compe-  
scendam, in simili casu eodem commode uti possu-  
mus

A 2

mus Spiritus Sancti effato. Quæ namque ante scripta  
sunt à sanctis D EI viris ad nostram doctrinam præ-  
scripta sunt, ut per patientiam & scripturarum consola-  
tionem spem haberemus. Videlur autem propheta  
ad hominum allusisse mores, qui, faciem cœli diju-  
dicantes, ex illius consideratione tempestatem immi-  
nere gravem animdvertunt, diffugiunt in ædes, quas  
post se contra tempestatis vim concludunt, lœtitantq;  
ad tempus, donec tempestatis æstus deferuerit, ac  
serenitas optata redierit. In præsenti rerum omni-  
um commotione qua Ecclesiæ multæ, præsertim pa-  
ganæ graviter concutiuntur, tum nobiles, tum igno-  
biles, omnibus bonis, vitæq; necessariis subsidiis pri-  
vantur, nullum esse puto, qui de præsidio quærendo  
si non actu & opere, saltem animo & mente sit sol-  
licitus. Est enim hæc, inquit orator, non scripta,  
sed nata lex; quam non didicimus, accepimus, legi-  
mus, verum etiam ex natura ipsa arripiimus, hausi-  
mus, expressimus: ad quam non docti, sed facti;  
non instituti, sed imbuti sumus, ut si vita nostra in  
aliquas insidias, si in vim in tela aut latronum aut  
inimicorum incidisset, omnis honesta ratio esset ex-  
pediendæ salutis. Nam & ratio doctis, & necessitas  
barbaris, & mos gentibus, & feris natura ipsa præ-  
scripsit, ut omnem semper vim quacunque ope pos-  
sent, à corpore, à capite, à vita sua propulsarent.  
Historia sacra in hujusmodi casibus meminit turrium  
quò imminentibus bellorum cladibus homines soliti  
fuerint confugere. Modernos mores, si spectemus,  
verum esse deprehendemus: quot homines tot sen-  
tentiaz: suus cuiq; mos. Nam:

Mille

Mille hominum species, & rerum discolor usus  
Velle suum cuique est, nec voto vivitur uno.  
hinc alij hunc, alij aliud protectionis suæ locum eli-  
gunt. Verum illi omnium tutissimè agunt, qui qui-  
dem externa præsidia & defensiones non negligunt.  
Servatoris etenim nostri præceptum est: si persecuti  
vos fuerint in civitate hac, fugite in aliam: Attamen  
externis illis munimentis, non confidere; facile nam-  
que vel proditione, vi, dolo aliisq; infinitis technis  
ac stratagematis expugnari possunt: sed in solo D E O  
certa & immota fiducia recumbere decet. Iehova  
enim fortitudo nostra, quid facerent nobis homines?  
Dominus protector & liberator noster. Nomen Jeho-  
væ turris robusta est, quo accurrens justus in edito  
collocatur. In locum ejusmodi excelsum & tutissi-  
mum asylum morte translatæ sunt beatulæ animulæ  
**A NNÆ & JOHAN-FRIDERICH Cochs.** Mors  
quamvis in se considerata dicente philosopho, omni-  
um terribilium terribilissima sit; nobis tamen, qui  
Christiani audimus, terror iste in lucrum mutatus est.  
Beati enim mortui, qui in Domino moriuntur, dicit  
Spiritus Sanctus, ut requiescant à laboribus suis. Et  
justorum animæ in manu Dei sunt, & non tanget il-  
los tormentum. Nati autem prædicti infantes,  
**A NNA & JOHAN-FRIDERICH Cochen/ Gu-**  
strovij, civitate multis prærogativis præ aliis, Duca-  
tus Megapolensis, urbis ornata; Illa Anno 1625.  
30. Septembr. post festum Michaelis Archangeli intra-  
7. & 8. matutinam. Hic vero anno in sequente 18.  
Decembr. 1626. intra 6. & 7. vespertinam. Patre viro  
consultissimo ac clarissimo Dn. **C ASPARO Cech/**

*B.G.T.*  
A 3

J.U.L.

J. U. L. & judicij provincialis Megapolensis Advocato  
vigilantissimo; Matre vero Isabeta Krüllen/ fœmi-  
na virtutibus sexum Fœmineum exornantibus maxi-  
mè dotata. Avus illis paternus fuit, vir prudentissi-  
mus & spectatissimus DIETERICH Coch/civitatis  
Lemgoviensis senator meritissimus, viri clarissimi JO-  
HANNIS Coehs/prædictæ Reipubl. consulis optimè  
meriti filius. Aviam paternam habuere ANNAM  
zur Mählen/cujus pater olim Reverendissimi ac Illu-  
strissimi Dn. Francisci, Comitis de Waldeck, confir-  
mati Episcopi Monasteriensis, Administratoris Episco-  
patus Osnabrugensis & Mindensis præfeturam in Del-  
menhorst & Harpstedt fideliter gessit, eo ipso tempo-  
re cum arx Delmenhorst anno 1547. in potestatem Ge-  
nerosi Comitis ANTONII in Oldenburg non levi-  
sine dispendio præ nominati modò Episcopi Mona-  
steriensis, ac totius illius provinciæ, perveniret. Ma-  
ternam originem quod spectat, avum habuere virum.  
Clarissimum & Experientissimum D. JOHANNEM  
CRULLIUM, Medicinæ Doctorem eximium ac pra-  
cticum celeberrimum, quondam Reverendissimi & Illu-  
strissimi Dn. Udalrici, Heredis Norvegix, Episcopi  
Svverinenis, &c. felicissimæ recordationis Acchiatrum  
fidelissimū, avia autem fuit BARBARA Bussouwen/  
singularis exempli & virtutis matrona, Amplissimi viri  
JOACHIMI Bussouwen/ consulis quondam Reipu-  
blicæ Parchimensis, filia. His majoribus ac parentibus  
laudatissimis prosemnati nostri pie defuncti, nullum  
tamen contra mortem privilegium obtinere potuerunt  
Namq; necesse mori est, senibus simul atq; minori  
Est commune mori, mors nulli parcit honoris. Inos

JULIA

Post

Post varios casus rerum, variosc<sup>q</sup> labores  
Mortales miseris, rapit inclemensia mortis.  
Cicero orat. pro Marc. Marcell. inquit: quos amissimus  
cives, eos Martis vis perculit, non ira victoriae. Nos  
impræsentiarum hæc invertentes, dicimus: quos ira  
Martis vivos reliquit, violentia Mortis sustulit. Nam  
superioribus diebus cum ANNULA nostra una cum  
fratre nondum anniculo JOHAN-FRIDERICO,  
Gustrovio huc cum dulcissimis parentibus, metu belli  
sese cunctulisset, accidit ut ANNULA 7. hujus Fe-  
bri vehementissima corriperetur: quam è vestigio va-  
riola & morbilli maligniores subsecuti sunt, qui acce-  
dente catharro suffocativo, præter exspectationem te-  
nendum vitæ filum præmissis ab ipsa puellula piis ad  
Deum precibus abruperunt 14. hujus inter 6. & 7. ma-  
tutinam. JOHANN-FRIDERICH autem iti-  
dem variolis correptus & 15. ejusdem noctu intra 1. &  
2. extinctus purpuream animulam, pretioso Christi  
sanguine purificatam, inter devotas adstantium pre-  
cess, placidissime exhalavit. Dubium nullum est, u-  
tramq<sup>ue</sup> animulam difficultatibus hujus miseræ vitæ ex-  
emptam, triflagion illud: Sanctus, Sanctus, Sanctus,  
cum omnibus angelis & beatis animabus ingeminare.  
Interea tamen in quantum præcipitati sint mœstissi-  
mi parentes mœrem, qui rem æquiori lance tru-  
tinabunt, facile æstimare possunt. Qui hactenus il-  
lud plautinum s<sup>æ</sup>piuscule repetivere: meus ocellus,  
mea rosa, mi anime, mea voluptas, mea columba &c.  
nunc hisce delitiis nihil tale cogitantes uno ferme die  
privantur? ô Dolor? ô Lacrymæ?

A no-

A nobis, cives Academici, parentes ut & reliqui  
Agnati cognati & affines mœstissimi, enixè petunt, ut  
sepositis ad tempus aliis occupationibus processionem  
utriusque funeris nostra frequentia exornemus. Me-  
mores ergo dicti Salomonis: melius est adire locum lu-  
ctus, quam adire locum convivij, hodie in punto primæ  
in templo Jacobæo conveniamus, mortales nos esse,  
& actu quidam opinione actius nos mori posse cogi-  
temus. Et quoniam invicem alij aliorum onera po-  
stare ex præcepto Apostolico tenemur, hisce potissi-  
mum exulceratis ac tristibus temporibus Illustrissimo-  
rum ac Munificorum patronorum salutem, ac prospe-  
ritatem, tum & omnium afflictorum conditionem Deo  
devotis precibus commendemus. P. P. Rostoch, sub  
sigillo Acad. 16. Septembr. Anno 1627.



on A










Post varios casus rerum, var  
Mortales miseros, rapit inc  
Cicero orat. pro Marc. Marcell. i  
cives, eos Martis vis perculit, n  
impræsentiarum hæc invertentes  
Martis vivos reliquit, violentia  
superioribus diebus cum ANN  
fratre nondum anniculo J.O.H.  
Gustrovio huc cum dulcissimis  
fæse cunctulisset, accidit ut AN  
bri vehementissima corriperet u  
riola & morbilli maligniores su  
dente catharro suffocativo, præ  
nillum vitæ filum præmissis ab  
Deum precibus abruperunt 14.  
tutinam. JOHANN-FRI  
dem variolis correptus & 15. eju  
2. extinctus purpuream animu  
sanguine purificatam, inter de  
ces, placidissime exhalavit. D  
ramq; animulam difficultatibus  
emtam, trifagion illud: Sanct  
cum omnibus angelis & beatis  
Interea tamen in quantum pr  
mi parentes mœrorem, qui r  
tinabunt, facile æstimare possu  
lud plautinum sæpiusculè repre  
mea rosa, mi anime, mea volu  
nunc hisce delitiis nihil tale cog  
privantur? ô Dolor? ô Lacrym



ortis.  
amisimus  
riæ. Nos  
quos ira  
lit, Nam  
a una cum  
ERIC O,  
metu belli  
hujus Fe  
testigio va  
qui acce  
tionem te  
ala piis ad  
6. & 7. ma  
autem iti  
intra s. &  
oso Christi  
ntium pre  
um est, u  
ræ vitæ ex  
, Sanctus,  
ngeminare.  
t mœstissi  
lance tru  
actenus il  
us ocellus,  
plumba &c.  
ferme die

A no-